

B. 35.294

C.D. 262

Sobre la Bula *3241*
la Santa Cruzada, y Oratorio
privado.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA	
- GRANADA -	
Sala	Caja 2
Estante	
Número	11(6)

17. 22. 24 H
Johns La Borda no 210
La Unión Comunal y Agraria
privado.



UNIVERSITARIA DE GUAYAMA
GUAYAMA
Fecha: Mayo 2
Revisado:
Asesor: M. G. P.

Apuntaciones

2

sacadas a la obra titulada

Prompta Bibliotheca, Canonica,
Juridica, Moralis, Theologica nec non
Ascetica, Polemica, Rubricista, Historica
M. R. P. F. Lucii Ferraris, in decem
tomos distributa.

Venetis. 1778.

Nota. Los números que se hallan en las
margenes a estas apuntaciones corresponden
exactamente a los números marginales de
la obra y que se han sacado expresamente
estas apuntaciones, en los Artículos Bulla
Cruciarum et Oratorium.

Puntaciones

en la obra

Principios de la Gramática, Gramática,
Lógica, Metafísica, Teología, etc.
M. A. P. J. de la Cruz, in
tomo de puntaciones.
Lima, 1774.

Nota. Los números que se hallan en la
obra se refieren a los números de las
páginas y no a los números de las
hojas, que se han sacado oportunamente
en las puntaciones, en la obra de la
Gramática y Ortografía.

Bulla Cruciata.

3

Tom. 1.º pag. 256, 257 y siguientes

1. Bulla Cruciata sic dicitur, quia olim hæc Bulla concedebatur militibus, qui rubro signo Sanctæ Crucis insigniti ad bellum contra Turcas proficiscebantur sub Urbano II. et in Concilio Lateranensi sub Julio II, et nunc concedi solet cunctis utriusque sexus Christifidelibus in Regnis, ac Provinciis omnibus Hispaniarum Regi subjectis certam operam, seu operam in subsidium belli contra infideles, et hæreticos conferentibus.
2. Unde Bulla Cruciata recte describitur quod sit „Diploma, seu Breve Pontificium continens gratias multas concessas Christifidelibus, sive per pugnam, sive per pia opera, sive per eleemosynam ad bellum contra infideles, et hæreticos concurrentibus; Est in re communis.“
3. Ad obtinendam valide hæc Bullam debet quis consistere in Regnis, vel provinciis, seu Territoriis Regi Hispaniarum subjectis, vel ad illa accedere, ut patet ex ver-

bis Bulla: Consistentibus, et ad illa Declinanti-
bus. Nunc non valet Bulla in Regnis, Insulis,
aut locis, quae ab obedientia, et Dominio Regis
Hispaniarum recesserint, et obedientiam e domi-
nio alterius Principis se cum juramento sub-
miserint.

5. Pro Bulla Cruciatæ obtinenda, e jusque pri-
vilegiis fruendis debet quis, vel propriis expen-
sis militare personaliter in exercitu ab His-
paniarum Rege contra Turcas, aut infide-
les, nivo, aut aliam personalem operam
per totum annum prestare. Vel si requi-
verit, seu noluerit id personaliter pre-
stare, debet alium ad talem exercitum
mittere, ut supradicta suo nomine prestet.
Vel tandem si nec per se, nec per alium
id prestiterit, debet taxatam à Commissa-
rio Bullæ eleemosynam exogare, cum
à Summo Pontifice non sit ipsa taxa-
ta, sed taxanda à Commissario Bullæ
relicta, ut patet ex verbis Bullæ Gre-
gorii XIII, à subsequentibus Pontificibus con-
firmata: Item conceditur facultas Commis-

sario, ut dictam subventionis quantitatem
a Pauperibus, ut praedicitur, pro vivis, et de-
functis, juxta personarum qualitatem,
et bonorum quantitatem arbitrari possit.

7. Pecunia exoganda pro Bulla debet esse propria illius, qui vult Bullam obtinere, cum Pontifex in Bulla expresse dicat: Ex bonis sibi a Deo collatis.
9. Pauperes etiam debent elemosynam exogare pro obtinenda Bulla.
11. Bulla durat per annum integrum, qui annus incipit a die promulgationis Bullae in quovis respectivo loco.
12. Bullae valor durat per totum annum, etiam si intra dictum annum moriatur Pontifex, vel Commissarius Bullae, quia gratia concessa non expirat morte Concedentis.
13. Bulla communi ut prosit, debet necessario et recipi, et acceptari, et simul retineri impressa, aut scripta, ac sigillo, et nomine Commissarii Generalis, seu ejus Delegati firmata, ac sigillo, et nomine Commissarii Generalis, seu ejus Delegati firmata. . . . Item =

... esse etiam in dicta Bulla inexcusandum
nomen illam accipientis, ut securius in re tanti
momenti procedatur, quamvis Bulla id expres-
se non requirat. „Item mandatur a Summo
Pontifice, ut Summariam Bulla (sane in
vulgari sermone impressum, et sigillo Commis-
sarii, vel ejus delegati munitum) per omnes
Christifideles ad predictum bellum contribuentes,
qui hujusmodi gratiarum participes esse valuerint,
recipiatur, et retineatur.„ et ex aliis verbis Sum-
marii vulgati soliti distribui, et ab ipso
relatis. Dichiariamo, che quelli che la piglieran-
no, abbiano da ricevere, e conseguansi questo
Summario, e Bulla, che è stampata, sigilla-
ta, e firmata di nostro nome e sigillo, per-
chè d'altra maniera non guadagnano det-
ta Bulla, nè le grazie di quella.

Ut Bulla proxit, non est necesse, ut
eam quis secum ferat, vel manu tangat,
quando vult aliquo ejus privilegio uti, sed
satis est eam domi sua retinere, quam-
vis in alia Civitate, immo apud etiam
absentem. Non potest tamen telerigui apud

Distributore, seu Thesaurarium, quia, ne
inde subrepant aliquae fraudes. 5

Si Bulla amittatur inculpabiliter, potest
adhuc qui amisit ejus privilegiis uti, secus si con-
sulto amittatur, projiciatur, vel laceretur.

Potest Bulla sumi pro Petro à Paulo exis-
tente in eadem Civitate Regni, seu Provincia
Bulla, si Paulus illam ferat ad Petrum, vel
Petrum de acceptione moneat, et ipse Petrus
acceptet... Id enim docet quotidiana pra-
xis, qua non pauci servi, amicique utuntur
ad recipiendam Bullam.

Non potest autem valide recipi Bulla pro
Petro existente in Regno, vel Provincia, ubi
non promulgetur Bulla, a Paulo existente
pariter extra Regnum, seu Provinciam promul-
gationis Bulla, quamvis abteruter, vel uterque
esset natus illius Regni, vel Provinciae, ubi
promulgetur Bulla.

Bulla communis potest eodem anno bis su-
mi, data utraque vice elemosyna taxata...
Et insuper poterit iterum, seu bis accipere
eodem anno Bullam pro defunctis, atque
adeo bis applicare pro ipsis plenariam

Indulgentiam. sic colligitur clare ex ver-
bis Bullae Cruciate Gregorii XIII.

21. Per communem Cruciatam Bullam varia
conceduntur privilegia taxatam elemosynam
ad ipsam obtinendam exogantibus, ut patet
ex ipsius Bullae sumario. . . .

22. Primo igitur conceditur amplissimum pri-
vilegium varia complectens circa tempus In-
terdicti, ut patet à clausula quinta ad sep-
timam dicti summarii: ibi: Conceditur, ut pos-
sint in Ecclesiis, in quibus alia divina Offi-
cia (Interdicto durante) quomodolibet celebrare
permissum fuerit, vel in privato Oratorio
ad Divinum cultum tantum deputato ab
Ordinario visitando, et designando etiam
tempore Interdicti, cui ipsi causam non
dederint, vel per eos non steterit, quomi-
nus amoveatur, et qui facultatem ad id
à Commissario Generali habuerint, etiam
per horam, antequam clucescat dies,

6
et per horam post meridiem in sua, ac
familiarium, ac consanguineorum suorum
presentia Missas, et alia Divina officia per
se ipsos, si Presbiteri fuerint, vel per alium
celebrare facere; et tempore Interdicti Divi-
nis interesse; eis tamen, qui privato orato-
rio ad praemissa uti voluerint, ut quoties
id fecerint, aliquas preces pro unione Prin-
cipum Christianorum contra Infideles eo-
rumque contra eorundem victoria fundere
teneantur, imponitur. Item conceditur
tempore Interdicti, id est Interdicti Ge-
neralis, Eucharistiam, et alia Sacramen-
ta, praeterquam in die Paschatis, posse
recipere. Item conceditur mortuorum
corpore (si forte vinculo Excomunica-
tionis innodati decesserint) cum modera-
ta funerali pompa sepeliri.

23. Nomine Ecclesiarum, in quibus conce-

• dicitur habenti Bullam Cruciatam, ut tempore Interdicti possint coram eo, et suis familiaribus, ac consanguineis celebrari, et audiri Missa, et Divina officia, intelliguntur quaecumque Ecclesia, et Oratoria, in quibus fuerint alias supra dicta permissa. Et Oratoria privata supponuntur jam rite approbata ab ordinario, cum Bulla non det facultatem ad ipsa exigenda, sed jam supponat erecta, sicuti cum concedit, ut tempore Interdicti possit audiri Missa in Ecclesia, supponit jam Ecclesiam erectam, non autem concedit, ut de novo exigatur.

24. In oratoriis privati ratione Bullae Cruciatae majora permittuntur, quam ratione ordinarii indulgi Pontificis soliti concedi Nobilibus, Indultum enim ordinarium non concedit, nisi celebrationem unius Missae; Item non concedit ipsam in solemnioribus Festivitatibus; Et non concedit ipsam nisi in presentia Domini, ejusque familiae,

ac hospitem Nobilium, exclusis familiaribus actu non necessariis. Privilegium vero Cruciate concedit, ut possint ibi celebrari quod Missa voluerit Dominus eodem die; Item concedit, ut possint ibi celebrari Missa, et alia Sacramenta Penitentis, et Eucharistia recipi, etiam in solemnioribus Festivitatibus, præterquam in die Paschatis, de quo numero sequenti; Et insuper concedit, ut possint prædictis gratis gaudere etiam familiares non necessariis, et consanguinei non commensales Domini habentis Bullam. Sic patet ex ipsa Bulla, et Indulto.

26

Qui Bullam recipiunt, nisi excommunicati decedant, possunt tempore Interdicti cum moderata pompa sepeliri.....

Qui privato Oratorio ad supradictos effectus uti voluerint, debent ad suum arbitrium orare mentaliter, seu vocaliter pro unione Principum Christiano-

contra Infideles eorumque contra dictos Infideles victoria. Et sufficit qualibet brevis devota oratio etiam unus Pater, et Ave, et ejus omisio non esset regulariter nisi venialis, cum praeceptum Pontificis sit in materia levi.

Secundo conceditur privilegium vescendi ovis, lacticiis, et carnibus, diebus jejuniorum durante anno Bulla: Item ut durante dicto anno intra ipsa Regis Hispaniae Regna (intellige ubi promulgatur Bulla) et non extra, carnibus de consilio utriusque Medici temporibus jejuniorum totius anni, etiam Quadragesimalium vesci, ac pro eorum libitu ovis, et lacticiis. Itaque qui carnes comederint, penoata in ceteris jejunii Ecclesiae forma, dicto jejunio satisfacere censentur.

Nomine utriusque Medici, de cujus consilio potest haberi Bullam carnibus vesci, intelligitur Medicus spiritalis, et Medicus corporalis. Pro Medico spiri-

8
tuali venit non solum Parochus, sed etiam Con-
fessarius quilibet, etiamsi non sit propius,
cum in foro conscientie omnes Confessarii re-
putentur ut unum quid, nec requiratur,
quod consilium detur in Confessione, sed
sufficiat, quod detur extra Confessionem,
ex quo Bulla Confessionem actualem non
requirat. Pro Medico corporali venit
non solum doctrinali laurea insignitus,
sed etiam ubi non est talis Medicus, nec ad illum
facilis est recursus, ut in parvis locis, quolibet
persona, et experta aliquam in infirmi-
tatibus, aut languoribus cognitionem tra-
bens; ... quod qui pollet scientia, et con-
scientia ad noscendum dubium, potest car-
ribus veri absque alicujus Medici decla-
ratione, seu consilio, quia ideo consilium
utriusque Medici requiritur; ex quo in
propria causa non solet quis esse ita
integer iudex.

Pro usu carniurn diebus jejuniorum re-
quiritur causa, scilicet necessitas, et con-
siliurn utriusque Medici, si necessitas

non sit patienti certa et manifesta. Pro usu
autem ororum, et lacticiniorum non requiri-
tur causa, sed sufficit Bulla privilegium.

Notione Bulla Cruciatu possunt om-
nes non excepti etiam sine consilio utriusque
Medici vesi oris, et lacticinii cumetis diebus
jejunorum etiam Quadragesimalium. Excepti
autem quoad jejunia Quadragesimalia per
Bullam communem sunt Patriarche, Pri-
mates, Archiepiscopi, Episcopi, et alii supe-
riores, vel inferiores Prelati, et qualibet per-
sona Regularis, et ex secularibus illi, qui
in Presbyteratus Ordine sunt constituti, qui
tamen omnes possunt illis vesi, si fuerint
suaagenarii, ut patet expresse ex verbis Bulla
adductis.

Notanter autem dicitur: Excepti per Bullam
communem, quia ex predictis exceptis per
Bullam communem variè per aliam Bullam
Urbani VIII quæ vocari solet Bulla parva,
seu Bulla lacticiniorum, possunt vesi oris,
et lacticinii, etiam in Quadragesima, ex-
cepta hebdomada Sancta, quæ incipit à Do-
minica Palmarum inclusive, cum hebdoma-
da constet ex septem diebus, et tales

privilegiati per dictam Urbani VIII Bul-
lam lacticiozorum sunt expressi in se-
quentibus Bullis verbis: ..

43. Tertio, conceditur privilegium quoad va-
rias Indulgentias, et participationem bo-
norum operum: Itorum pradii Bullam
sumentes, qui de ..

44. ~~Quarto~~ Quarto conceditur privilegium licen-
di indulgentias stationum Alma Urbis:
Item qui dicto anno durante in singulis
diebus &c. ..

46. Cruciatu hujus Bullam ante, vel post
suscipere non est necessarium ad conse-
quendas in Regnis Hispaniarum Indulgen-
tias Jubilei, quae a Summis Pontificibus
concedi consueverunt. Sac. Congr. S. R. E. car-
dinalium &c

47. Quinto, Conceditur maximum privile-
gium circa absolutionem a reservatis, et
acquisitionem Indulgentiae plenariae semel
in vita, et semel in articulo mortis.

49. Confessorius electus ab habente Bullam Cru-
ciata potest anno Bullae durante ipsum




absolvere pro Foro interno ab omnibus
casibus, et Censuris reservatis, tam Episcopo,
quam Summo Pontifici, excepta heresi for-
mali, et externa, etiam seculari.

53. Secundo, conceditur privilegium quoad com-
mutationem Votorum.

58. Septimo, conceditur Commissario Cru-
ciata facultas suspendendi Indulgentias;
„ Item predicto Commissario datur facultas,
ut &c.

64. Octavo, conceditur Commissario Generali
facultas faciendi compositionem super
bonis male habitis, illicite retentis, aut
usurpatis, quando eorum Dominus om-
nino ignoratur. Hæc sunt verba Pon-
tificis in Bulla compositionis: „ Ut
possit Commissarius componere super
illicite habitis &c.

80. Nono, conceditur etiam Bulla pro defun-
tis; „ Item eadem Indulgentia (utique plena-
ria) suffragabitur &c.



Cruciatarum originem alii deducunt 10
ab Urbano II. alii vero á Concilio Latera-
nensi sub Innocentio III habito,

Dicitur autem hęc Bulla Cruciarum,
á Cruce, qua proficiscentes ad expedi-
tiones Terrę Sanctę, vel contra alios
Infideles, aut Hæreticos, donabantur
cum multis indulgentiis, et privilegiis;
Quę per hanc Bullam extenduntur
etiam ad eos, qui decemogras ad earum
expeditionem sumptus faciendos erogant.
Primus Terram Sanctam é manibus
Infidelium eruere conatus est Urbanus II. in Concilio Claramontano ann.
1096. habito, Episcopos et Prelatos ad
eam expeditionem cohortatus, data pro
militari tenura ad hoc bellum Cruce su-
per scapulam dexteram ex purpureo
panno gestanda; ac propterea is vixit
Cruciatarum Institutor est appellandus.
Varii deinde Pontifices Cruciatam indise-
runt aliquibus Principibus iuxta tempo-
rum indigentiam.

6. Quoad Hispanos vero, ut Jelasium II pre-
tereamus, de quo vide Baronium ad an.
1517., eis speciatim Cruciatam concessit Tu-
lius II anno 1509. Deinde leo X anno
1519. Clement VII anno 1529. Paulus III
anni 1535. et 1537. Julius III anno 1555,
Paulus IV anno 1559. Pius IV 1562, et
1563, et Pius V anno 1572. Qui et con-
cessionem ampliavit ad sexennium, ita ut
binis quoque annis publicaretur; quae
ampliatio in ejus concessionem hodie od-
get, quandoeunque scilicet Pontifices
Maximi illam concedunt, sive renovant,
eam ad sexennium valere indulgent.
Postea concessit Gregorius XIII annis 1573,
et 1576, Sixtus V anno 1585, Gregorius
XIV anno 1591, Clement VIII annis 1592,
1600 et 1603. Paulus V anno 1605, cum
prorogatione pro Hispaniis usque ad
annum 1623. et pro Indiis 1663. Ceteri
Pontifices, excepto Gregorio XV. cujus
tempore ampliatio Pauli V. perdurabat,

singulis sexennis illam prorogant; nunquam enim in perpetuum illam concesserunt.

10.. Nota tamen Gregorium XIII in prima eius concessionem anno 1563. decrevisse, ut Bulla Cruciatæ in Hispaniis singulis annis, in Indiis vero singulis bienniis publicaretur

11. Et Bulla ab hoc Pontifice concessa omnium præcedentium est amplissima, tam quoad privilegia, quam quoad personas. Bullæ vero à subsequentibus Pontificibus usque in hodiernam diem ad eius normam efformantur.

Exemplar Bullæ.

non quidem ad verbum, qualem Pontifex aliquis ex his, qui Cruciatam indixerunt, expedierit, sed ex omnibus, quas Pontifices indulserunt, et ampliarunt, compactam à Commissario Generali Cruciatæ, qui fideliter gratias, privilegia

et facultates extraxit.

10. Utta tamem, Gregorius XIII in primis
qui concessione anno 1563 concessit, ut
Bulla Concilio in Hispania regalia
annu, in Tabis vero regalia de
publicatione

11. Et Bulla ab hoc Pontifice concessa

omnium protectionum et privilegiorum
tam quoad privilegia, quam quoad per
tinet. Bulla vero a subsecutiva
Pontificis regere in habentiam
deum ad sui normam observantem.

Exemplum Bullae

1574, 1575, 1576
non quidem ad verbum, qualem Pontifex
aliquis ex his, qui Curiam ingressi
sunt, exhibent, sed ad omnia, quae
Pontifex exhibuerit, et ampliantur,
corporatum a Communi Generali Cur
ciata, qui subditos gratias, privilegia

Oratorium.

12

Tom. 6, pag. 234, 235, y siguientes

1. Oratorium generice capitur si locus aptus ad orandum, praesertim Deo offerendas.
2. Oratorium pro Missis celebrandis aliud et publicum, et aliud et privatum.
3. Oratorium publicum pro Missis celebrandis et aliis, quod auctoritate Synodi constitutum, et ad Dei cultum tantummodo pro parte dedicationis, habens aditum, et libram ingreditur per viam publicam, et pariter expensum in usum communem. Et quod Oratorium publicum debeat habere pariter certum spatium correspondens in publicum, declaravit Sanctus Synodus quing. 22. Septemb. 1770.

Oratorium privatum pro Missis celebrandis et aliis, quod intra domos non pariter in aedibus domus privata non habens ingreditur, et expensum in usum publicum, et consecratione Sedi Apostolicae, et auctoritate, et recognitione, et approbatione Ordinarii, et ad id Synodus 22.

Oratorium.

13

Tom. 6 pag. 234, 235, y siguientes.

1. Oratorium genericè caprum es locus aptus ad orandum, precesque Deo offerendas.
2. Oratorium pro Missis celebrandis aliud est publicum, et aliud est privatum.
3. Oratorium publicum pro Missis celebrandis est illud, quod auctoritate Episcopi est erectum, et ad Dei cultum tantummodo perpetuo dedicatum, habens aditum, et liberum ingressum per viam publicam, et pariter egressum in viam communem. Et quod Oratorium publicum debeat habere portam continuo apertam correspondentem in publicum, declaravit saera Congreg. Episcop. 22. Septemb. 1710.

4. Oratorium privatum pro Missis celebrandis est illud, quod intra domesticos parietes in angulis Domus privata non habens ingressum, vel egressum in viam publicam, ex concessione Sedis Apostolicae, sub certis clausulis, et recognitione, et approbatione Ordinarii, est ad id ad tempus desti-

natum; ut colligitur ex formula ordinaria
Indulti, et ex novissimo Decreto Clementis XI
de celebratione in Oratoriis privatis edito
die 13 Decembris 1703.

8.. Quadruplicis speciei solent Oratoria priva-
ta concedi. Primo pro civitate, et omnibus
locis, sive ea sint Oppida, sive Villa, sive
Dominia unius Diocesis; et Indultum hujus
Oratorii conceditur solum personis nobili-
bus exercentibus Jurisdictionem temporalem
altam, vel baram in aliquo loco, qui speci-
ficari debet; ... Secundo pro Rure tantum,
sive pro locis, seu habitationibus extra Ur-
bem, vel Oppidum sitis; Et Indultum hu-
jus Oratorii conceditur etiam iis personis
quae non sunt nobiles, et nullam exercent
Jurisdictionem temporalem in aliquo Do-
mino. Tertio pro infirmis nobilibus (sive
Jurisdictionem temporalem exercent sive
non) quod convenit in omnibus cum Ora-
toris primi generis, praeterquam quod
valeat tantum pro eo tempore, quo Ora-
tor ob infirmitatem e Domo ad audiendam
Missam egredi nequit, et nulla anni Festi-

Vitas etiam solemnissima excipiatur, et una
 sola persona suis rexitibus necessaria, precep-
 to audiendi Missam satisfacere in illis pos-
 sit. . . Et hoc Indultum potest etiam impe-
 trari pro Coniuge, Patre, Matre, Filio,
 Filia, Fratre, et Sorore infirmis, si simul
 habitent; tunc enim ad tenorem suppli-
 cationis in eodem Breui exprimuntur.
 Quarto pro itinerantibus, et vocatur
 Altare portatile, quod solet concedi cum
 sequentibus clausulis. 1. Ut persona sit no-
 bilis, sive Iurisdictionem temporalem exer-
 ceat, sive non. 2. Ut valeat tantum e.g.
 per Italiam, Germaniam, Galliam, His-
 paniam, et huiusmodi. 3. Ut valeat tan-
 tum in actuali itinere, et quidem, ubi
 Missarum commoditas deest. Ceterum
 eiusmodi Missa interesse possunt valide
 omnes comites itineris.

17. . . . quod locus, in quo vult exigi Orato-
 rium, debet esse decens, mureo clausus, satum
 a tribus lateribus, ornatus, et instructus om-
 nibus suppellectilibus necessariis ad sacrum

faciendum, et ab omnibus domesticis usibus
18. liber et segregatus. Unde supra cubiculum
Oratorii, seu supra Cappellam non debet reti-
neri lectum ad dormiendum, aut alia res
profana.

19. Potest tamen Privilegiatus, si nolit amplius uti
Privilegio, pro suo libito convertere Oratorium
in usum profanum, quia Oratorium privatum
non est locus sacer, nec immutabiliter dica-
tus Divino cultui, adeoque nec gaudet Im-
munitate Ecclesiastica. Sacr. Cong. Immunit.

20. Si autem Privilegiatus velit iterum tale
Oratorium profanatum remittere ad usum
celebrandi Sacrum, indigebit nova appro-
batione Ordinarii.

21. non posse valide Oratorium conti-
turi, nisi precedat visitatio et approba-
tio Ordinarii, ejusque licentia, quia haec
omnia requiruntur ut conditiones necessa-
22. riae ad hoc, ut valeat Indulgentium. Sufficit
tamen, si semel visitatum, et approbatum, et
licentia obtulerint ab Ordinario loci, Deo

ab Episcopo, vel ejus Vicario, seu Delegato, seu 15
a Vicario capitulari sede vacante.

23.. Ordinarius ad inveniens Oratorium predictum omnibus requisitis in Indulto, tenetur approbationem, et licentiam concedere, quia non habet potestatem limitandi concessionem Summi Pontificis: Et si injuste eam denegat, vel semel concessam sine justa causa revocet, potest cogi ab Archiepiscopo, et aliis superioribus, ut eam concedat.

25.. Privata Oratoria post primam visitationem in concessione, et approbatione non possunt amplius de Jure visitari ab Episcopo.....

26. Tamen licet Episcopus non possit tanquam Visitator ad dicta Oratoria privata accedere, promissum est ei nihilominus videre (saltem quando praecedat accusatio, vel denuntiatio, aut fama publica, quod Oratorium indecenter teneatur, et in ipso non adsint, seu non serventur requisita in Indulto) an revera indecenter teneantur, et non serventur dicta requisita. Tunc enim Episcopus

potest procedere super crimine in Tuditio ac-
tu visitationis vel denunciationis, - - - - -

27. Episcopi non possunt concedere licentiam celebren-
di in Oratorio privati; ibi enim Missa non
possunt celebrari, nisi de licentia Summi
Pontificis.
28. Immo Episcopi neque possunt concedere
licentiam Domi celebrandi, ut infirmus pro
peccatis communicetur.
29. Potest tamen Episcopus concedere licentiam
erigendi Oratorium in Domo privata, et in ibi per
modum habitus semper celebrandi; demmodo tale
Oratorium habeat publicum ingressum, et egressum,
quia tunc positus ingressu publico, et
egressu patente in publicam viam, illud
Oratorium censetur publicum, adeoque
propria auctoritate potest designari ab Epis-
copo ad Divinum cultum tantum, et ad
celebrationem sacrificii.
30. Privilegium Oratorii durat, durante vita
illius, cui facta est concessio, eoque mortuo,
finitur, nec transit ad heredes, quia est
privilegium personale, quod finitur morte

personae privilegiata. Unde mortuo Privilegiato, nequidem Familia ipsius agnoscitur eo amplius uti potest, quia non conceditur personaliter Familiae, sed accessorie, quatenus transit ad participandum in Privilegio Domini, et ideo cum cesserit Privilegium quoad Dominum, cessavit etiam quoad Familiam. 16

31. Mortuo Summo Pontifici, qui concessit, vel Ordinario, qui Oratorium semel approbavit, non perit Oratorii concessio, quia est gratia facta, quae non cessat mortuo, vel amoto ab officio eo, qui eam concessit. Unde mortuo Episcopo, non est opus alia licentia, et approbatione Ordinarii. . . . Immo

32. Indultum Oratorii non perit, mortuo Pontifice concedente, etiamsi ante ipsius mortem nondum fuerit ab Ordinario approbatum; et executioni demandatum. . . .

33. Quinta clausula clare demonstrat, non posse ibi celebrari nisi unica Missa pro quolibet die. . . .

35. Sexta clausula: Dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quae adhuc daret, ab eadem concessa non fuerit, aperte ostendit, quod

- in eadem domo nequeunt esse plura Oratoria, et quod idem Oratorium nequit suffragari quoad satisfaciendum precepto audiendi Missam pluribus Dominis distinctis ad invicem non subordinatis, aut pluribus Familiis, si forte plures sint in eadem
36. domo. Communis. Unde si in eadem domo sint duo Domini cum suis distinctis Familiis, et uterque impetraverit Indulgentiam Oratorii, is, qui posterius impetravit, non potest eo uti, durante Indulgentia prius pro eadem domo impetrata, ut constat ex relatis verbis, et notant. Cessante autem primo Indulgentia incipit valere secundum impetratum pro eadem domo, quia tunc tollitur impedimentum, quo ejus validitas impediatur, et continuatur causa dante validitatem, nempe voluntas Pontificis ad totum tempus, pro quo datur Privilegium, seu Indulgentia, ita ut tunc incipiat Privilegium, seu Indulgentia, tamquam tunc, et non antea concessum.
42. Non requiritur tamen pro ibi celebrando licentia Parochi, quia Parochus nec ordinarius, nec habet jus prohibendi.

43. In privatis Oratoriis non potest exerceri ullum munus Parochiale sine licentia Ordinarii aut Parochi.

45. In his privatis Oratoriis potest ministrari Sacramentum Penitentiae, et Eucharistiae, si id non sit per specialem aliquam Constitutionem expresse prohibitum.

53. Decima clausula designat personas, quae in Indulto comprehenduntur, seu continentur, quae sunt Pater, Mater, Uxor Privilegiati, Filii, Filiae, Nurus, Gener, et Nepotes, alique Agnati, et Affines, dummodo habitent cum ipso Indultuario, seu Privilegiato, et ipsius sint commensales.

55. Pater, mater, Filii, ac Filiae, Fratres, ac Sorores Privilegiati, eorumque Uxores, ac Viri non gaudent tali Privilegio, si habitent in eadem Domo, sed vivant suis propriis expensis, quia nomine Familiae veniunt solum, qui sunt Familiares, Praedicta autem Personae non sunt Familiares, quia in ipsis deficit conditio necessaria ad constitu-

endam Familiaritatem, nempe commensalitas.

68. Hospitum autem appellatione veniunt illi, qui domi commemorantur tanquam extranei recepti a Domino, qui quidem sunt commensales, sed ex occasione temporanea, et ad certum tempus.

65. In Oratorio privato, in quo ex iusta causa ab Apostolica Sede conceditur facultas celebrandi Missam in die Nativitatis Domini, tres Missae, non autem una duntaxat, ab eodem sacerdote celebrari possunt.

66. Habens Bullam Cruciatam non satisfacit precepto audiendo Missam in privato oratorio; Per Bullam enim Cruciatam non conceditur facultas habendi tale oratorium privatum; neque commissarius Bulla potest eam licentiam concedere, sed solus Papa. Comm.

69. In Oratorio privato, in quo ex causa infirmitatis a Sede Apostolica conceditur facultas celebrandi Missam in die Nativitatis Domini, tres Missae, non autem una duntaxat, ab eodem sacerdote celebrari possunt.

Nota. La Bula de la Santa Cruzada fue refundida por Pío IX en Breve expedido en Gaeta en 11 de Mayo de 1849, reduciéndola á menos artículos, si bien dejando las mismas Indulgencias, &c.

Y en el prospecto y suscripción del Tratado Dogmático y Práctico de las Indulgencias, Cofradías y Jubileos compuesto por el N.^o Sr. J. B. Bourrier, Obispo de Maus, vertido al español y adicionado con lo concerniente á la Bula de la Santa Cruzada en conformidad al Breve de N. S. Padre Pío IX expedido en Gaeta á 11 de Mayo de 1849 por D. Vicente Solano, se dice lo siguiente =

De medio siglo acá han expedido los S.^{os} Comisarios tan importantes declaraciones sobre dicha Bula, y al prorrogarla N. S. Padre Pío IX en Gaeta ha hecho variaciones tan notables respecto á las concesiones anteriores, que ha costado al traductor impropio trabajo compararlo lo antiguo con lo moderno, para conservar con acierto la parte en que convienen las Letras al Papa reinante con las de Gre-

gozios XIII comentadas hasta el dia por los
expositores, suprimir lo alterado, y re-
gregar a la doctrina comun los AA.
lo que fuera ya un error enseñar.

